

Nº 13

022(12)

Sacrosancti Sacrosancti Sancti
in Sacrosancti

Copie del n. 8 bis

(8 ter)

Societas
Sancti Francisci Salesii.

N. 1.

Chastitiae religionis ministris perquam semper fuit in
adulescentibus bene instituendis maximam esse sollicitudi-
nem adhibendam.

At enim, iuventute malis aut bonis moribus imbuta, o-
na aut mala ipsa hominum societas fit. — Ipse Christus
Dominus huius rei veritatis nobis clarum exemplum in-
peditavit, praesertim quum parvulis ad se advocatis divinis
manibus benediceret, atque clamaret: simile parvulos ve-
nire ad me.

Episcopi, quibus Spiritus Sanctus regendam dedit Ecclē-
siam Dei, praesertim vero Pontifices Maximi Servatoris
nostri vestigia secuti, cuius vices gerunt in terris, verbis atque
operibus instituta ad iuventutem Christiane erudiendam spe-
tantia alacri animo, peculiarique sollicitudine commenda-
runt atque eisdem sunt suffragati. Pius autem IX
Pont. Max. quum deditissime Deus ad Ecclesiae glo-
riam inchoarem ac sospitem servet, praeter indefessos labo-
res pro adulescentibus periclitantibus perlatos, omnimodis
subsidiis illis institutionibus fecit, quae ad huiusmodi sa-
cri ministerii partem spectarent.

Rebus vero temporibus longe major urget necessitas. Non
invenia multorum parentum, & abusus artis quaedamque
parricidarum atque schismaticorum conatus ad augendum ubi
sedatorem necessitatem ingererunt simul coniungendi vires ad
praehanda praemia Domini sub Vexillo Martii Domini

nostrum Iesu Christi, ad tuendam fidem et salutem bonos mores
procedunt adolescentulorum. quos proae inopia deficiunt praesi-
dia ad Christianam doctrinam assequendam. Hic est societa-
tis sive Congregationis sancti Francisci Salesii.

Ujusdem Societatis Origo.

N. 1.

Hinc inde ab homine multitudine adjuvantes primo et qua-
dragesimo Joannes Bosco sacerdos una cum aliis ecclesiasticis
viris operam dabat, ut simul in unum, locum, et Augustae Taurinae
rurum adolescentulas derelictas et pauperes colligeret, coque ludis
exercitaret; eodem vero tempore praeconem divini verbi eis distribuend.
Quae quidem omnia auctoritate ecclesiastica consensu fiebat.

Quum autem Deus exiguis hinc feminibus inchois benediceret,
mirum quantum adolevantur numerus, huc libenter concurreret. Qui-
bus quidem omnibus parvis, anno M.D.CCC.XLIV Moyses
Franciscus Taurinensis diocesis Archiepiscopus, passus est aedifi-
cium in formam Ecclesiae dicere (1) ibique necesse omnia parari
posset, quae necessaria sunt ad rite colendos dies festos, et ad ado-
lescentulas instituendas, qui frequentiores in dies adveniebant. Haec
saepius Archiepiscopus ipse se condidit, ut Sacramentum Confirma-
tionis administraret. Anno 1646 decrevit, ut omnes, qui huic
instituto inchoarent, ibi posset ad sanctam Trinitatis Sacramen-
tum admitti, Pascha adimplere; ut sacerdotibus li-
cet ibi sacrum solemniter facere, et triduanas et vel noviduales
praeces indicere quoties ipsis videretur. Haec omnia in Aedecio
S. Francisci Salesii facta sunt usque ad annum M.DCC.CXLVII.
Hoc autem anno quum numerus adolescentulorum augetur, ideoque
aedes iam nequiverit omnes capere, adveniens auctoritate ecclesiastica,
in alia urbis regione ad Portam Novam, alteram
tum fact, eodem, quo primum fuit sub titulo S. Moysi Conyagae

(1) Haec tunc duabus cellis contabatur,
quae ad Hospitalium sacerdotum in-
servierunt Refugii Pauperum, deinde
anno 1644 Aedecium in Val-
docum translatum fuit, ubi etiam
nunc est

190402

Quum vero et haec duo, habende tempore, satis non essent, Tertium
anno M.DCC.CXLIX in Vanchilia, ejusdem urbis regione instituebatur
sub titulo Sancti Angeli Custodis.

Insuperantibus autem iis temporum difficultatibus, quae religioni sum-
mopere adversantur, viri amplissimi, cui diocenos cura erat, de
demanda motu proprio regulas hujusmodi Aedecium probavit,
et Joannem Bosco sacerdotem eorumdem Aedecium constituit, quo-
cumque facultate deudant, quae ad id necessaria atque opportuna
videbatur. Simpliciter Episcopi eadem regulas exegerunt, atque
mutantur, et nunc quoque dioceses id genus Aedecii florant.

At praeter opinionem gravem existit mendacitas. Nonnulli adeo
breves grandiosi jam aetate, nequibant satis institui Christiana
doctrina solis diebus festis, ac propterea opus fuit scholas aperire,
ubi horis dum diurnis, dum nocturnis, per hebdomadam, Christiana
instructio excoleretur. Hinc inde ex iis complures derelictis

et dura paupertate conflictati, in pericularem domum recepti sunt
ut ibi periculis erepti religionem docerentur, dum aliquo officio
opererentur. Quod quidem otiosissime fit praesertim Augustae
Taurinorum in aedibus quae sunt ad hospitium Aedecii S.
Francisci Salesii ubi amplius septingenti enumerantur. Anno
1663 alia quoque domus Mirabelli[†] Montij Ferrate[†] ada-
perda fuit, cui titulus: Parvum Sancti Caroli Seminarium;
ubi centum et quinquaginta ferme adolescentuli iis regulis in-
struantur, quae in Aedecio hujus urbis vigent. Anno vero
1664 apud Lanceum nova domus in collegii formam creata
fuit, in qua 200 adolescentuli scientia et religione instituuntur.

Nunc agitur de alia domo aperienda in loco Truffarello dicto,
qui est vicus septem ab urbe millia passuum. ^{vicus} Sempero quum
adolescentuli frequentes Aedecium, diebus festis adveniunt, scolae
diurnae et vespertinae haberentur, ac mirum in modum ex-
ceptorum numerus in dies augetur, copiosa rursus, messis

+ qui pagus est in agro

+ in agro Caurinensi

190413

Domini facta est. Quapropter ut probatae jam disciplinae vi-
das servaretur, a qua uberimus fructus provenire consuevit jam
inde ab anno MDCCLXIV nonnulli viri ecclesiastici se se simul
colligerunt ut genus quoddam societatis vel congregationis constitui-
erent, alius aliam exemplarem institutionem invicem adjuvantes.
Nullo se voto adhaeruerunt, tandemque polliciti sunt se strenuan-
tis operam daturas, quae ad majorem Dei gloriam suaeque animae
utilitatem conferre viderentur. Joannem Bosco sacerdotem ultro
sibi praefectum adlegerunt.

Sicut autem nulla vota profertentur, actu tamen eae ferre regulae
observabuntur, quae hic exponuntur.

Hujus societatis finis.

N. 3.º

- 1.º Huc spectat hujus congregationis finis, ut socii simul ad perfectionem
christianam videantur, quaeque charitatis opera dum spiritualia, dum
corporalia erga adhaerentes, praesertim si pauperes sint, exerceant, et
in quibus juniorum clericorum educationem inuolant. Haec autem
societas consistat ex ecclesiasticis, clericis atque laicis.
- 2.º Jesus Christus cepit facere et docere, ita etiam socii incipient ex
ternarum atque internarum virtutum exercitiis, divinitus acquisitione
se ipsos perficere; deinde aliorum beneficio strenuam operam
dabunt.
- 3.º Primum charitatis exercitium in hoc versabitur ut pauperes et ac-
derelicti adhaerenti excipiantur, et sanctam catholicam religio-
nem doceantur, praesertim vero debus festis, quemadmodum super-
tae Taurinorum fit in quatuor ecclesiis S. Francisci Salesii, S. Ma-
ryni Hongariae S. Augustini Custodis et Sancti Josephi.
- 4.º Saepe contingit, ut adhaerenti inveniatur, adeo derelicti, ut nisi
in aliquod hospitium recipiantur, quacumque cura frustra eis om-
nino impendatur. Quod ut fiat, majori, quae licebit, sollicitudine

domus aperiantur, in quibus Divina opitulante Providentia, necessarium
victus, et vestimentum eis subministrabitur. Eodem vero tempore, quo fi-
dei veritatem instituerit, operam quoque alicui arti novabunt, quae
maximam nunc sit in actibus, quae a S. Francisco Salesii
adiunguntur in hac urbe (*).

5.º Quum vero gravissimis periculis subiciantur adhaerentes, qui ecclesiasticis
ministerio imitari cupiunt, maxime curae huic societati erit eis in-
pietate et vocationem colere, qui se studio et pietate specialiter com-
mendabiles ostendant. In adhaerentibus autem studiorum causa ex-
cipiendis ii praesertim, qui pauperiores sint, qui ideo curriculum stu-
diorum alibi nequeant explere, dummodo firmam spem vocationis
ad ecclesiasticam militiam praebant. In ecclesio Taurinensis quin-
genti circiter et quinquaginta; Mirabelli autem centum et quingua-
genta sunt, qui hoc provinciarum studij impunbunt.

6.º Quum autem necessitas catholicae religionis iudicandae gravior e-
tiam urgeat inter christianos populos, praesertim in pagis, propterea
socii strenue adlaborabunt, ut homines, qui peioris vitae studio per-
datis aliquot dies recedunt, ad pietatem confirmant erigantque; ut
bonos libros in vulgus spargant, omnibusque nationibus utentur
ut quae a secula charitate proficiuntur, verbis denique et scriptis
impietati obviantur, et haereticis, quae omnia videntur, ut in sedes ac vici-
tas pervadat. Huc spectant sacrae conciones, quae identidem habentur, huc
divinae et novendiales supplicationes, huc demum libri vulga-
ri per officinam, abhinc quatuor annos institutum in Ecclesia Tau-
rinensi, qui inscribuntur Lecturae Catholicae.

(*) Franciscus Mordebruno sacerdos qui ad hanc societatem pertinet,
abhinc decem annos domum Germanae aperit cui titulus Puero-
rum artificum collegium. Adhaerenti, qui nunc excepti sunt, ad
centum proxime accedunt, eundem vero et amplius diebus festis
intendant.

Hujus societatis forma

N. 4.

- 1^o Socii omnes vitam communem agunt, uno fraternae charitatis voto, quo simplicium vinculo constricti, quod eos ita constringit, ut unum cor, unamque animam efficiant ad Deum amandum, ei que servandam virtute obedientiae, paupertatis, morum sanctionum, et accurata vivendi christiana vivendi ratione.
- 2^o Quicumque societatem ingressus fuerit, civilia jura, etiam edictis votis non amittat, ideoque rerum suarum proprietatem servat, idemque potest in aliena bona accedere, sed, quoad in societate permanserit, non potest facultates suas administrare, nisi ea ratione et mensura qua Pater in Domino bene judicaverit.
- 3^o Omnis fructus rerum sive mobilium, sive immobilium, quas in societatem quis attulit, quo tempore vitam in ipsa egit, ad eandem pertinet. Potest tamen vel partem, vel etiam omnino parentibus erogare, quae eadem congregationem possideat, ad semper obtento Pectoris consensu.
- 4^o Clerici et sacerdotes, etiam postquam vota emiserint, patronia vel simplicia beneficia retinebunt, sed neque administrare, neque iis praesepere poterunt nisi ad Pectoris voluntatem.
- 5^o Administratio patroniorum, beneficiorum et omnium, quae in societatem inferantur, ad Superiorem Generalem pertinent, qui vel ipse vel per alios ea administrabit, et donec quinquaginta in congregatione fuerit, annuos eorum fructus percipiet.
- 6^o Eadem Superiori omnes redditus Missarum etiam eleemosinam tradunt, laetari vero, tum Clerici, tum laici, omnem pecuniam ei committunt, quae quibusque modis ad eos perveniat, ut in commune conferatur.
- 7^o Quaecumque socii necessaria erunt, societas praestabit, et quod ad victum spectaverit, quod ad vestimentum et caetera, quibus in diversis vitae conditionibus opus fuerit. Quis in eo, ubi justa ratio adsit, potest Superiori pecuniam, vel aliam rem socio tribuere, quam ad majorem Dei gloriam impendendam duxerit.

- 8^o Si quis, indelatus decesserit, ei succedet qui secundum leges civiles haeres constituitur.
- 9^o Unusquisque votis tenetur, donec in societate remanserit. Si quis vel justa causa, vel prudendi Superiorum iudicio, a societate discedat, a votis triennialibus potest a superiore Generali exsolvitur. Si autem vota erunt perpetua, facultas a Sancta Sede erit petenda.
- 10^o Unusquisque maneat in vocatione, ad quam vocatus est usque ad ^{mortem} finem. In mentem quidem sibi revocet gravissima illa Domini Servatoris verba: Nemo mittens manum ad aratum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.
- 11^o Verum tamen, si quis a societate excedat, nihil sibi ob tempus, quo in ea transiit, poterit adrogare, neque aliud scire, quam quod Generalis superior opportunum iudicabit. Licet autem scire res immobiles fere, atque etiam mobiles, quarum proprietatem ab ingressu in societatem servaverit, ad nullum neque fructum, neque eorum administrationis rationem exponere; pro tempore quo in societate permanserit, nisi cum Pectore majore aliquod peculiare pactum fuerit.

De voto obedientiae.

N. 5.

- 1^o Propheta David Dum exire orabat, ut illum doceret illius voluntati obsequi. Servator Dominus, certos nos fecit, se huc in Terras descendisse non ut faceret voluntatem suam, sed voluntatem patris sui, qui in caelis est. Huc spectat obedientiae votum, scilicet, ut victores efficiamur vis sanctae Dei voluntati obtemperaturas.
- 2^o Obedientiae votum rarios ita docemur, ut iis tantum operam navent, quae quique Superior fore iudicabit ad majorem Dei gloriam, et animae nostrae proximique utilitatem secundum ea, quae hinc eorum iustionibus praescribuntur.
- 3^o Alijque votis observantia sub culpa non obligat, nisi in iis, quae mandatis Dei Sanctaeque Matris Ecclesiae ad versantur, et tunc Superior

sumum praeceptum his verbis exprimit: in virtute sanctae obedientiae praecipio.

4^o Obedientia nos certis reddit Dei voluntatem adimplere. Quapropter unusquisque proprio Superiori obediat, illumque in omnibus veluti patrem peramanter habeat, eique praecisidone, prompte, hilari animo et demissa; ea persuasione ductus in se praescripta voluntatem superioris ipsam Dei voluntatem patefacere.

5^o Nemo anxietate gerendi, vel remandi afficiatur. Si quis autem cognoverit quidpiam sibi vel nocere, vel nevarium esse reverenter id superiori exponat, cui maxime erit cura ejus necessitati consulere.

6^o Maxima unicuique fiducia in Superiore sit, neque ullum cordis impedimentum quisquam erga illum servet. Quoties ab eo produbetur, vel ipse necessitatem agnovat, etiam conscientiam non ei adaperiat, quatenusque hoc ad majorem Dei gloriam, animaeque utilitatem conferre judicaverit.

7^o Nemo resistendo pareat, neque verbis, neque factis, neque corde. Quo magis aliquid repugnat facienti, eo majori merito erit illi in conspectu Dei si illud exequatur. (1)

(1) Caput de forma societatis et caput de voto paupertatis fere ad verbum excerpta sunt a constitutionibus Congregationis scolarem caritatis, quam approbavit Gregorius Papa XVI die 21 junii 1436.

De voto paupertatis.

N. 6.

1^o Observantia voti paupertatis in hoc praecipue consistit, ut animam ab omnibus terrestribus alienum habeat, quod nos vita quoque vestitu usque communi victum et vestimentum consequi curabimus, nec quidpiam, nisi peculiari Superioris permissione, pro nobis retinere.

2^o Unusquisque hoc voto tenetur vitam suam maxima simplicitate habere, et summoque modo, ut ea virtute, non corpus vel aedum porietes exornentur.

3^o Nemo, sive intra sive extra Congregationem, pecuniam apud se aut apud alios habeat quacunque de causa.

1904 B 2

4^o Si quis iter ingrediatur, vel a Superiore mittatur ad operendam, vel administrandam Beneficentiam Domini, vel explendam aliquam sacri ministerii partem vel peculiaris necessitas adfit, tum Superior exstatuat, quae temporum, locorum et sociorum adiuncta postulabunt.

5^o Mutuum dare, accipere, vel ea, quae sunt apud se, aut in societate elargiri, contractus inire cujuslibet generis, absque Superioris licentia non tantum cum ceteris, sed etiam cum sociis Congregationis omnino vetitum est.

De voto Castitatis.

N. 7.

1^o Qui vidam in delictis adolescentulis sublevandis impendit, certe totis viribus vitae debet, ad omnibus viribus exornatur. At virtus summoque colenda, atque quotidie praee oculis habenda, virtus Angelica, virtus praee omnibus cara ceteris cara Filio Dei virtus est castitatis.

2^o Qui firmam spem non habet, Deo adjuvante, virtutem castitatis, tum dictis, tum factis, tum etiam cogitationibus posse servare, is hanc societatem non profiteatur; in periculo enim saepe merito versabitur.

3^o Verba, oculorum obtutus, licet indifferentes, perverse interdum ab adolescentulis accipiuntur; qui humanis cupiditatibus jam fuerunt infecti.

Quapropter maxima cura est adhibenda, quoties sermo cum adolescentulis instituitur cujuslibet aetatis, aut conditionis vel quidpiam cum illis agatur.

4^o Conversationes defugiantur, si haec sint cum personis diversi sexus, vel etiam cum ipsis secularibus, ubi haec virtus periclitari videtur.

5^o Nemo se conferat domum apud viros, vel amicos, absque consensu

1904 B 9

9^o Mortuo Rectore, Vicarius illius vicem geret, donec munus ei creatus sit, ad nullam potestatem, neque disciplinam, neque administrationem mutationem afferre quo tempore societatem reget.

10^o Mortuo Rectore, datus Vicarius illius motum annuntiet omnium Domorum sociis, ut ita unusquisque maximam sollicitudinem adhibeat in iis spiritualibus exercitiis auxiliis praebendis, quae regulae praescribunt. Deinde omnes unumquemque Directores invitet ad maiorem electionem interire satagant.

De Pectoris Majoris electione

N. 10

1^o Ut quis Rector Major eligi possit, oportet ut saltem octo annos in societate transierit, trigessimam aetatis expleverit, et sociis vitae sanctissimam praescribit. Si vero caetera, quae ad Rectorem Majorem requiruntur, eminenti gradu in aliquo socio immoderant, capitulum usque ad ultimum verum ad eum deducere potest.

2^o Duplex ex causa Pectoris Majoris seu superioris Generalis electio fieri videtur, videlicet vel ob finem duodecim annorum numerum aut ob Pectoris mortem.

3^o Si Pector Major eligendus est, id quod duodecim annos in munere transierit, electio sic est facienda. Spiritus Rector Major tres menses antequam sui officii tempus habebit, capitulum domus principalis convocabit, eique sui munus finem imminere palam faciet; cuius rei notitiam transmittet Directoribus domorum peculiarium, cisque sociis omnibus, qui secundum constitutiones suffragium dare poterunt. Dum autem finis sui muneris diem significabit, aliam statuet diem ad sui successoris electionem perficiendam; tempus vero electionis praerogatae, si fieri poterit, quindecim dierum spatium a fine muneris sui excedere non debet.

4^o Die, quo munus munus explebit usque ad peractam ejusdem successoris electionem, Rector Major Vicarii temporarii nomen dandi datus habebit; pergetque in societatis regimine et administratione. donec ejus successor in munere suo reipse sit constitutus

ad electionem novi Pectoris interirent et suffragium dabant, Vicarius temporarius, capitulum domus principalis, Directoribus domorum peculiarium, omnesque socii, qui jam vota perpetua emisissent. Si autem quis eorum quacumque ex causa ad praestandum suffragium advenire non poterit, ab aliis licite et salubre dictis fiet.

5^o Majoris Pectoris electio sic fiet. omnes electores, flexis genibus ante imaginem Domini nostri I. Ch. crucifixi divinum auxilium et impensa lumina invocabunt cunctis hinc Veri, Creator Spiritus etc. Quod finito, Rector temporarius fratibus una simul collectis causam patefaciet, propter quam eos advocavit clare et distincte omnes commonet de directa singulorum obligatione suam dandi suffragium illi quum ad Dei gloriam utilitatemque animarum in societate promovendum magis idoneum in Domino judicaverit. Postea unusquisque scribet nomen illius, in cuius favorem suffragium dare intendit, et schedulam sic exaratam in sacculo ad hoc parato secreto ponet. Qui duas de tribus votorum partibus consecutus fuerit, erit Novus Rector, seu Superior Generalis.

6^o Si autem ob Superioris Generalis mortem electio erit facienda, haec regula et ordo tenetur. Mortuo Rectore Majore, Vicarius temporarius illius mortis notitiam ad omnes domorum peculiarium Directores per scriptum transmittet, ut spiritualia suffragia secundum constitutiones quam editissime pro defuncti anima fiant. Electio hujusmodi non ante tres, nec serius sex mensibus a Pectoris morte erit facienda. Ad hunc finem Vicarius temporarius capitulum congregabit, ejusdemque consensu opportunitatem statuet de eum ad convocandos eos, qui in illa electione suffragium daturi sunt.

Suffragium autem si dabant, qui hoc sine pollat in electione Pectoris facienda causa mortis, sicut in articulo quarto hujus capituli dictum est.

Qui duas de tribus votorum partibus assensus fuerit, erit vocatus Superior Generalis, cui omnes societatis sodales obedire tenentur.

Peracta electione, sive haec fiat causa mortis, sive ob transactum tempus duodecim annorum, Vicarius temporarius novum electum Rectorem Majorem citius ut omnibus societatis sociis praeficiat operam dabit.

Quo facto omnis Rectoris temporarii auctoritas finem habet.

Si forte Rector major deciderit, quin prius vicarium temporarium nominaverit, tunc domus principalis capitulum ipsum eligat. Ipse usque ad peractam electionem societatem reget, factaque omnia, quae ad vicarii temporarii munus spectant.

De ceteris Superioribus.

N. 11.

- 1^o Officia ceterorum superiorum Rector, prout fecit necessitas, distribuat.
- 2^o Directori tamen spirituali curae erunt novitii strenuamque operam dabit, ut illum charitatis, et sollicitudinis spiritum condiscant, atque perficiant, quo inflammari debet, qui omnem vitam manum ad animarum lucrum operatur impendere.
- 3^o Directoris quoque spiritualis est, Rectorem reverenter admonere, quoties gravem negligentiam perspiciat in regulis Congregationis exsequendis, vel earum observantiam in aliis promovendam neglexerit.
- 4^o Praecipuum vero Directoris officium in eo praesertim versatur, ut in materiali omnium sociorum vitae ratione adulo, attenteque insigilat.
- 5^o Praefectus et Spiritualis Director creantur a Rectore. Acononimus vero et tres consilarii pluritate suffragiorum eliguntur a sociis, qui iam professi sunt.
- 6^o Praefectus Rectore absente, illius vicem gerit in iis omnibus quae peculiariter illi demandata erunt.
- 7^o Ille rationem habebit exceptivae et expensae praemiae, notabit legata, donationes in domum collatas et earum destinationem. Annis ven-

ditio, omnesque mobilium et immobilium facultates. Jam fructus sub Praefecti custodia et responsione erant, a quo curanda proficisci debent, quique recense omnium rationem reddere tenentur.

8^o Praefectus igitur est veluti centrum, a quo proficisci ad quod referri debet excepta praemia. Praefectus Rectori subicitur, eique facti rationem reddit, quoties postulabitur.

9^o Acononimus materialem omnem domus procuram (ordium) procurabit.

10^o Consilarii omnibus deliberationibus intersunt, quae ad acceptationem vel remotionem alicujus socii pertinent, si agatur de contractibus rerum immobilium emptiois aut venditionis; denique aut de rebus majoris momenti, quae ad rectum societatis generalem progressum spectant. Nisi numerus votorum favorabilium major sit, omnes de re agenda deliberationes Rector prothraed.

11^o Nemoquisque ex Superioribus, Rectore excepto, his annis in munere suo manebit, ac iterum eligi poterat.

De domibus peculiaribus.

N. 12.

- 1^o Quando singulari divinae Providentiae favore peculiaris praeter principalem domus aperiatur, ante omnia Superior Generalis quae ad spiritualia attinet et temporalia ex regulis, quibus principalis domus regitur, conveniet cum Episcopo Diocesis, in qua domus est aperienda, eique in iis sacra ministerii omnibus partibus subicitur, quas regularum societatis observantia patitur.
- 2^o Si autem domus aperienda sit juniorum seminarium, vel seminarium clericorum, qui grandiori iam sint aetate, tunc non solum quod ad sacrum ministerium spectat, sed omnia etiam superiori Ecclesiastico submissio praebebitur in diligenda materia, quae tradi debeat, in libris adhibendis; in disciplina atque etiam in temporalis administratione vis tenebitur, quae Rector Major constituit.
- 3^o Socii ad eandem domum adlecti, minus duobus non sint, ex qu-

bus unus saltem sacerdos esse debet, Directoris nomen Superior assumat, et quae domus bona possidebit Administrabit, quae vel ~~de~~ dono dedit, vel in societatem illata sunt, ut peculiari illi domui inserviant, ad ea semper ratione a Superiore Generali descripta.

4^o Peculiares domos saltem semel in anno inviset Pector, ut diligenter inquirat, an officia expleantur, quae regulae Societatis praescribunt, simulque animadvertat, an spiritualium et temporalium administratio ad propositum finem reapse spectet, ut scilicet Dei gloria et animarum salus promoveatur.

5^o Ad Directorem autem quod attinet, ita se in cunctis gerat, ut omni temporis puncto eorum possit rationum reddere Deo, et Superiori Pectori, cui se subiciens divinam in eo voluntatem perspicit.

6^o Praecipua est ejusdem Pectoris cura in recendi quaque domo capitulum constituere, quod numero sociorum, in ea habitantium congruat.

7^o Ad hoc autem capitulum constituendum conveniet Pector Superior recentis domus Director et principis domus capitulum.

8^o Inter eligendos primus est Catechista, deinde vero Oeconomus, tandem singuli deinceps consiliarii, ubi congruat sociorum numerus in qui stabiles in ea domo immoretur.

9^o Catechista spiritualia quaeque illius domus procurabit, ac quoties opus erit, Directorem admonet.

10^o Quod si ob distantiam, tempora et loca oporteat quendam excipere in capitulo constituendo, vel in eorum, ex quibus constat, numeribus, omni ad id auctoritate Pector Major valebit, consentiente tamen capitulo domus principis.

11^o Director neque emere, neque vendere immobilia poterit, nisi ad Pectoris majoris consensus; in administratione tantum quaecumque auctoritate possidet, ad in eis, quae negotii momenti sunt, consultus est capitulum, num commocare, nec quicquam deliberare nisi illius consensus habentur.

N^o 13. De Acceptione.

1^o Nisi quisquam societatem ingredi velit, Director quinquaginta necessariam postulantis notitiam augetur, quam Pectori tradit.

2^o Pector autem major eum ad acceptiorem admittet, nisi non prout sibi in Domino melius judicaverit. At, ubi de illo apud Capitulum res erit, solum in societatem hospitabitur, si saltem majorem suffragiorum partem obtinuerit.

3^o Nisi quisquam ad vota mittenda admittatur, necesse erit ut iam annuum triennium exerceat. At, tamen ad votorum emissionem admittendus est, nisi sexdecim aetatis annos fuerit praetergressus.

4^o Haec autem vota bis per triennium repetentur. Sex autem annis transactis, facta est utiliter ea Julia quoque anno repetendi, et vel perpetua faciendi, se videlicet per omnem vitam votis obligandis, et vota perpetua, fieri sequantur, nisi socius quartum saltem et superius annum attigerit.

5^o Nisi Socius Congregationi prout adhiberi, praeter videtur, quae regalis praescribitur, debet etiam anteaquam vitae rationem testimonio comprobare, ex quo constat.

1^o Status illius liber atque de bonis moribus declaratio a proprio episcopo exarata.

2^o Illius natiuitas et baptisimus. 3^o aere aliud non esse gravatum. 4^o namquam in illum vimine inquisitum fuisse. 5^o nullo neque phisico, neque morali impedimento detineri, quo irregularis fiat ad sacerdotium inveniendum. 6^o Parentum consensus, saltem antequam votis se adstringat.

6^o Quod ad validitatem attinet, talis ut, ut saltem triennio ante omnes societatis regulas, absque exceptione possit observare.

7^o Si quis studiorum causa societatem ingrediatur secum ferre debet: 1^o Vestimenti suppellectilem congruentem: 2^o Quingentos nummos argenteos quibus dispendia suppleantur, quae pro victu et vestitu necessaria erunt anno triennio. 3^o Trecentos nummos argenteos, triennio peracto, antequam vota edantur.

- 8^o Socii adulescentes suppellectilem vestium et pecunias nummos argenteos ingressi conferant, quin alia obligatione derelinquantur.
- 9^o Rector aliquem poterit a conditionibus eximere quae in articulo septimo et octavo sunt, ubi iusta ratio adsit, et quaedam plus minusve late accipere.
- 10^o Societas Divinae Providentiae iuvicem, quae eis nunquam desit, qui sperent in ipsa, omnia providebit, quae unquam necessaria sunt, sive florente valetudine, sive premente morbo. Quibus tamen erga illam tantum Societas derelinquitur, qui jam votis se obligaverunt.
- 11^o Omnibus autem hoc potissimum cordi habenda sunt; - 1^o Attende cave ad unusquisque se se habitudinibus cupiscumque generis, rerum etiam per se indifferentium divina patitur; cuiusque cordis, lectus, et articula munda sint, et decetia; - 2^o At omnes summoque dudent affectationem et ambitionem deidare. Nihil magis socialem religionem exornat, quam vitae sanctimonia, qua ceteris in omnibus praesulant.
- 12^o Quisque paratus sit, ubi opus erit, aestus, frigora, sitim, faurem, labores et contemptum tolerare, quoties haec omnia conferant ad maiorem Dei gloriam, spirituales aliorum utilitatem, suaeque animae salutem.

Pietatis exercitia.

N. 14^o

- 1^o Vita activa, ad quam potissimum haec Congregatio spectat, efficit, ut alius socii nequeant cum pluribus pietatis exercitiis simul collecti operam dare. Quae quidem omnia socii suppleant bonis exemplis sibi invicem praesulendo, et perfecte generalia Christiani officia adimplendo.
- 2^o Singulis hebdomadis socii ad Penitentiae Sacramentum accedant apud Confessorem a Rectore constitutum. Sacerdotes quoties Sacramentum facient, quoties autem per seipsum non liceat, curant, ut sacrificio saltem intersint. Clerici et sodales adulescentes foveant, ad ultimum omnibus diebus festis, omnique feria et ad Sanctum Eucharistiae Sa-

- Sacramentum accedant. Compendus corporis habitus, prespicua, religiosa, et distincta verborum pronuntiatio, quae in divinis officiis constituitur, modestia domi forisque in verbis, adycta et incensum, in id socij vestis praesulere debent, ut his potissimum a ceteris distinguantur.
- 3^o Omnibus diebus unusquisque non minus unius horae spatio orationi vocali et mentali vacabit, nisi quisquam impediat ob exercitium sacri ministerii; tunc majori, qua fieri poterit, frequentia eas per jocularia, praeserim supplebit, majorique affectus vehementia Deo offeret opera, quibus a constitutis pietatis exercitiis arcedat.
- 4^o Quoque die Diparae Immaculatae feria Novarii pars recitabitur, et in spirituali lectione, aliquantulum operam navabitur.
- 5^o Huiusque hebdomadae feria vi jejunium erit in honorem Passionis D. N. J. C.
- 6^o Ultimo omnium mensium die, a temporalibus curis remotis, se quisque spiritu in se recipiet, exercitio vacabit, quod ad bene moriendum fieri solet, spiritualia et temporalia componens, tanquam mundus esset relinquendus, et ad aeternitatis viam advenendum.
- 7^o Unusquisque quotannis per dies ferme decem recedet ut pietate unice operam det, quibus transactis, arminum confessione se rite abluat. Omnes, antequam in societatem coelegantur, aliquot dies in exercitiis spiritualibus impendent, eque generali confessione purgabunt.
- 8^o Licet autem Rectori statuere, ut ab his pietatis exercitiis abstinere certo quodam tempore et a certis sociis, prout opportunitas in Domino iudicabit.
- 9^o Quoties Divina Providentia socium, sive laicum, sive sacerdotem ad vitam aeternam vocaverit, totius congregationis socii Sacramentum facient, ut animae mortui suffragentur. Qui sacerdotes non sunt, se melius altem ad id Altaristiam accipiant.
- 10^o Item pietatis officium exercitabitur, quoties aliquis socii pater aut mater moriatur; et in ea tantum domo, ubi socius moratur, qui

qui gravi hoc infortunio fuit afflictus.

1^o Ab uno Rectori bis suffragabuntur socii, idque duplici de causa: 1^o quoniam grati animi pignus ob curas, et labores, quos in regenda sustinuit, cedat; 2^o ut a poenis Purgatorii liberetur, quae illi fortiter ob nostram causam perferendae erunt.

De vestimento.

N. 15.

- 1^o Vestimentum, quo utuntur socii, varium est, prout viae erunt regiones, in quibus illi commorantur.
- 2^o Sacerdotes longam vestem induent, nisi iter, vel alia justa ratio aliter possit.
- 3^o Socii adulescentes nigro vestimento, quodcum fieri poterit, induantur. Tunica superior saltem infra genua producatur.

Formula votorum.

Antequam socii vota proficiat, exercitiis spiritualibus vacabit, quae huc praecedunt spectabunt, ut, quicquid, quo Deus illum vocet, attente consideret, simulque materiam votorum educat, quae proficere velit, ubi certe cognoscat hanc esse Dei voluntatem. Peractis spiritualibus exercitiis, Capitulum habebitur, ac, si fieri poterit, omnes illius domus socii convocabuntur.

Rector, talari habitu, et stola indutus, cunctos detrahatur, ad genua submittant. Deinde omnes simul Spiritus Sancti humilia invocabunt alterna voce recitantes: *Veni, Creator Spiritus ecc.*

V. Mittere spiritum etc.

R. Et renouabis etc.

Oremus

Deus qui corda fidelium etc.

Letitiae Beatae Virginis cum versiculis; Ora pro nobis etc. Dum dicitur: *Concede, nos ecc.*

In honorem S. Francisci Salisii

Pater, Ave, Gloria.

V. Ora pro nobis Beatae Francisc.

R. ut digni efficiamur etc.
Oremus.

Deus, qui ad animarum salutem etc.

Deinde socius, ac si plures sint, singuli, flexis genibus coram Rectore iudicatos profertur, positi clara et intelligibili voce hanc votorum formulam profertur:

Fragilitate et instabilitate voluntatis meae omnino cogula, cupiscus in perterum ea constanti animo perficere, quae ad maiorem Dei gloriam, et animarum salutem conferre possunt, ego N. N. coram te, omnipotens, et omnipotens ne Deus, ac, licet conspectu tuo indignus, tamen tuae bonitati et infinitae misericordiae confisus, desiderio unice permotus te amandi, tibi que servienti, coram Beatissima Virgine Maria sine labe concepta, S. Francisci Salisii, omnibusque sanctis colorum, et Societatis Sancti Francisci Salisii regulis facio votum castitatis, paupertatis, et obedientiae Deo, tibi que N. N. mi. superior ad tres annos, vel etc.

Quapropter te eripe deprecor, ut secundum nostrae societatis constitutiones ea mihi velis praecipere, quae tibi videantur ad maiorem Dei gloriam, maioremque animarum utilitatem conferre.

Inderea, Tu, Deus bonitatis, per immensam clementiam tuam, propter Jesu Christi Sanguinem, pro nobis effusum, oro, ut hoc sacrificium accipias, quo gratiae agantur pro multis beneficiis mihi collatis, et pro meis peccatis expiandis. Tu in me desiderium inspirasti hoc votum emittendi, Tu quoque fac, ut possim illud adimplere.

Sancta Maria Virgo immaculata, S. Francisci Salisii, omnes Sancti et Sanctae Dei intercede pro me, ut Deum meum diligens, cupere solum in hoc mundo serviens ad aeterna praemia merear pervenire.

Omnes respondent: Amen. Deinde socius nomen suum in libro notabit, ubi hanc etiam schedulam subscribit. Ego in praesens N. N.

legi ac intellexi Societatis S. Francisci Salesii regulas, et promitto me
secundum ipsarum formulam nunc prolatam eas constanti animo obser-
vaturum.

Augustae Taurinorum anno MDC. LXIII. peractis recitatis se Deum
aetheris verbis; quo fido, si Pater ad rem existimabit bonam ad id me
ratum. adulationem habebit, quibus omnibus, finem afferet gradus:
Laudate Dominum omnes gentes &c.

De testamentis.

M. LXIII.

- 1^o Quicumque, sicut in testamento vivit, in domo sua, in sine familiae suae
ad hanc societatem potest pertinere.
- 2^o Hic nullo modo se addingit, sed inveniam operam dabit, ut eas regulas,
quae ipsius aetate ac conditioni congruant, actu perficiat.
- 3^o Ut autem bonorum spiritualium Societatis participes fiat, oportet, ut saltem
Patri promittat se fortunas viribusque avaram, prout Pater ad ma-
jorem Dei Dei gloriam conferre consuebit.
- 4^o Si quis sanam factae provisioni desit, nulla, ne viriali quidem cur-
pa gravetur.

ARCHIVIO SALESIANO
CENTRALE

D4720307